

GENEROSO NOBILISSIMO <sup>q̄</sup>

DOMINO

CAROLO HEN-  
RICO MORAWITZKY

à Rudniz, &c.

*Generosi, Nobilissimi, maximeq; Strenui*

Domini,

CAROLI HENRICI  
MORAWITZKY à Rudniz, Domi-

ni in Burg Branitz / Bobelwitz / Deutschwanowitz / Rosen und  
Brätersdorff / Consiliarij Principis Lichtensteinensis, Troppaviensis & Ja-  
gerndorffensis, Assessoris Dicasterij Provincialis, & Deputati Provin-  
cialis Principatus Troppaviensis, Filio natu majori,

*in Ducatu T E S C H N E N S I*

ANNO M. DC. LXV. mense Novemb.

Cum

*Nobilissimâ, & Selectissimarum Virtutum florentissimâ Virgine;*

SUSANNA CATHARINA

*Generosi quoq; Nobilissimi, admodumq; Strenui*

GEORGII FRIDER: BLUDOWSKY à Bludow,

Domini in Haschlach / & Pruchna / &c. FILIA

*Nuptias Celebranti,*

tanquàm

Raro Nobilitatis veræ Exemplo,

*Civi quondam Argentorat. Academico exoptatissimo,*

*Amico amantissimo, Itineris Comiti fidissimo,*

*congratulantur,*

Professores, Confessionarius, Hospes, Amici.

ARGENTINÆ, Excudebat Johannes Pastorius.

36 52

[52+53]

P

1028418



1018418



X nobili, multum est, satum esse sanguine,  
 Et ex suâ nativitate nomine  
 Gaudere, Nobilis Hominis. Plus est tamen  
 Titulum alterum addere, ex virtute Nobilem  
 Existere: id quod eruditione fit  
 Præprimis, atque veritatis igneo  
 Divinæ amore. Te ergò, Moravvizkie,  
 Deprædicamus jure verè nobilem:  
 Ex nobilissimâ domo atq; sanguine  
 Egressus, ad nos advolavisti; decus  
 Nativitatis hoc erat: sed alterum  
 Statim probasti, nos apud, cùm moribus  
 Piis studebas, eruditionis &  
 Solenne specimen edidisti. Te ergò cum  
 Votis bonis dimissimus. Jam nunc quoq;,  
 Quando domum reversus es feliciter,  
 Et matrimonio simul lætissimo  
 Bearis, ecce gratulamur optimis  
 Votis, diesque felicissimos Tibi,  
 Tuo precamur atque matrimonio.

*Honorandis nuptiis*

Nobilissimi Dn. Moravvizkij  
 Argentorato misit

Sebastianus Schmidt, S. Th. D.  
 & Prof. Publ.

---

**F**oedera Conjugij sanxit DEUS, illè potente  
 Tractu corda regit. Qui vastum condidit orbem,  
 Cor hominis sedem sibi fixit, & ipse gubernat.

Condi-

*Conditor hic Noster, Generis generosa potente  
Corda trahit tractu, qua jungit amore perenni.  
Floreat hic thalamus, Genus ornet. Compleat hæc  
Vota DEVS. Namque is non temnit vota suorum.*

Nobilissimo Domino

CAROLO HENRICO MORAWITZKY à Rudnitz  
Equiti Silesio,

f.

Isaacus Faustius, Argent. S S. Theolog. D.  
Ejusdemq; Prof. Ordin. & Ecclesiastes.

---

*Ad Generosissimum Dominum*

## MORAWITZKY Sponsum:

**S**I memini, Moravvitzke, Tui, meminique tuarum  
Virtutum, ut nunquam dememinisse licet,  
Nunc quoq; sacra tui nostram reverentia mentem  
Et subit, & tacitâ relligione ferit.  
Nam subit hinc antiqua Tuæ profapia gentis,  
Quæ Tibi tot canos enumerabat avos:  
Inde Tuæ mentis melior, quam stemmata, virtus,  
Illa, vel ex studiis nobilitata, subit.  
Quam rarus cygnus Rheni sic cantat ad undas,  
Nobilis, at quondam Te cecinisse ferunt!  
Illustres igitur cœlesti ex lumine, tedas  
Gratulor, & thalamum, quem Moravvitzke, subis.  
De Sponsis utinam suscepta prole parentes  
Reddat, is, in cœlo qui dare cuncta potest!

*Argentorati.*

*Observantia Ergo  
accinuit*

Baltasar Bebelius, S. Theol. D.  
& PP. Ordin. Ecclesiastes, & Wilhelm-  
mitarum Inspector.

*Generoso*



*Generoso Domino*

MORAWITZKY à RUDNITZ, &c.

**D**ux Tuus in factò fuerat MOESHELIUS omni;  
Dux fuit in studiis, Dux in pietate sequenda;  
Dux Tibi cum velles longinquas visere terras.  
Nunc Ducis arte Tui summa sic ductus, ut ipse  
Et sine prudenti possis duce ducere vitam,  
Auspicio proprio tentas aliquid MORAVVITZKY,  
Dum Tibi conjugio Sponsam conjungis amatam;  
Sicq̄, Tui quondam Ducis es Dux, & cupis illum  
Jamq̄, Tuum sequier, velut ejus saepe secutus  
Es ductum, pariterq̄, sibi conjungere Sponsam.  
Hæc mea vota sient, toto qua pectore fundo:  
VIVE, VIGE Socius Socia per tempora multa.  
Huncce Tuum ductum quoq̄, mox post spontè sequetur  
MOESCHELIUS, multos jam quondam qui bene duxit,  
Uxorem ducet tandem, vivetq̄, quietè.

Honoris & officioꝝ gratulationis E.  
ARGENTORATI hæc scripsit

Balthasar Fridericus **Salsmann** / Licent.  
& Pastor summi Templi.

---

**I**N Montis ut flans vertice lucidum  
Lumen coruscat: sic Genus & Tua  
Virtus, MORAWITZKY, celebris  
Slesiacos per agros refulgent.  
Quid ergo mirum? Te Genere, & pari  
Virtute Virgo prædita, quod sibi  
Selegerit SPONSUM, fidemque  
Conjugij dederit lubenter,  
Tuisque subdit se radiis volens,  
Mens una Tecum facta. Age duplici  
Nitore sic fulgens, paternis  
Laude pari sobolem relinque

Mi SPONSE, Terris : cum saturos dies  
Post acta felix secula, vixeris,  
Coram Deo victurns inde  
Perpetuis radiis coruscans.

Honoris & amoris <sup>f.</sup> *κατασκευαστος*,  
Generoso & Nobiliss. Domino SPONSO *Συρεινο*  
nuper & *Συστατο* acceptissimo,

M. ELIAS KOLBIUS, ad D. Junioris  
Petri, Argentinx, Pastor.

**B**leibet doch dabey/das den der Himmel liebt/  
Der seine beste Zeit mit fleiß der Tugend giebt  
Die ihn zum Wunder mache. Es muß sein fluges Wissen  
Ihm dienen daß er kan in voller Freud genessen  
Was mehr als tausend quele; Er blühe in voller Ehr  
In Ruhm bey jederman/ in Würden und was mehr  
Uns in die Nach-Welt bringe. Diß wird nun auch gepriesen  
An Euch/ Hochedler Herr/nach dem ihr habt gewiesen  
Durch manche edle Prob / wie herrlich eur Gemüth  
Auch diß erhöhen kan / was sonst vom Oeblich  
Schon mehr als trefflich ist. Wir können Zeugnuß haben  
Auf manchem schönen Dreh da eures Geistes Gaben  
Die Funcken aufgestreut; Mein Dreslau weiß es wol  
Und Straßburg noch vielmehr an welchen hohen Zol  
Sich euer Wiß gesetzt. Ihr könnt mit Wahrheit weisen  
Der Länder Eigenschaft und was durch schönes Reisen  
Noch sonst wird erlern. Ier wird das Rosen-Feld  
Der grüne Ehren-Platz/das güldne Liebes-Zelt  
Vom Himmel euch erzeige. Ergreiff demnach die Früchte/  
Der schönen Tugend-Lohn/das Englische Besichte/  
Daß nun mit hohem Glanz an eurer Seiten sitz  
Und lauter Liebes-Feur in eure Augen blicke  
Durch seine Treflichkeit. Gehe/lasser Buch und Lanzen/  
Und sinner wie ihr mögt viel eures gleichen pflanzen.

Mit diesen Festehet sich dem Hoch-Adelichen Herrn Hochsele,  
zu beharrlicher Junckun in Paris, daß woltbewuste  
Herrn Braven von Limburg Hofmeister

Hans Heinrich Hipp.

## I.

CAROLUS HENRICUS MORAWITZKY Nobile  
germen,

RUDNIAC Æantiquæ Stella corusca domus;  
Musarum Lumen, decus ingens, pulchra Corona;

Linguarum & rerum cognitione potens;  
Pacis Amans; constans Zelo Pietatis, acutus

Dicere vel quicquam, scribere sive parat;  
Ad focij calido complexus Amore SUSANNAM

PLUDOWSKY properat fœdera sancta thori.  
Dulcis Hymen, formosa Venus, cordate Cupido

Fortunate jugum, quod petit omne, novum!

Cœtera sancta Trias, quæ poscit mensa, domusque  
Plenis adiiciat cœlitus ipsa cadis!

Adspiret nostris *Neonymphis* mille salutes,  
Et MORAWITZKIOLOS mittat utrique pares.

## II.

## SONNET.

QUE le Ciel favorable à vos justes suoshais  
Vous regeant sous les loix d' vn parfait Hymenée  
Vous donne en cette aimable & pompeuse journée,  
Et les Myrtes d' Amour, & l' Olive de Pais.

Que du feu que sentez les aimables Effais  
Consumant en cette Belle à vos voeux destinée,  
Que du flambeau d' Amour la clarté fortunée  
Conforme à vos desirs ne s' esteigne jamais.

Vostre Espouse en son Nom porte un certain augure  
D' vn cœur tout chaste & saint d' une Ame toute pure,  
Qui sont les fondements d' vn mariage heureux.

Les



Les Graces, qui seront Vos Compagnes fidelles,  
Joindront d'vn beaux lien vos deux cœurs Amoureux,  
Et paistront vos maisons de bontez eternelles.

*Monsieur Tres honnoré, Et Tres  
Cher Amy.*

Pour vous tesmoigner la grande resjouissance que ie re-  
sens du sujet de vostre heureux mariage, j'ay forcé,  
tant que j'ay pû, ma plume quoy que fort sterile, de  
produire le Sonnet cy-dessus, vous suppliant tres affe-  
ctueusement le vouloir recevoir en bonne part, &  
plus estimer l' Amour, & le Cœur sincere de celuy,  
qui fait tant d' Estat de vos qualitez, qui sont en Vous,  
& qui se donne l' honneur, avec vostre permission, de  
s' appeller à tout jamais.

*Vostre tres humble, tres affectionné, &  
tres obrissant seruiteur,*

**Jean Jacques Mœschelius,**  
à present Gouverneur de Monsieur le Baron  
SKRBENZKY, &c. Et cy-devant  
le Vostre.

**FINIS.**

